Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Priam in palatio meum loquar positiones abiecto sed. Inch.

Nos fideles christi appropinquante pascha die festo Le. xij.
Nisi redemptionis ad munda fini exercitia domini tota
corde sequamur. quo accionum itinere ingressus sit diligen
tissime contemplemur ut et nos vestigia eius sequi
mereamur. R. Nos qui transitum eius iordanis edifica
te ibi altare domino de lapidibus quos ferrum non tetigit. Et offerte
super illud holocausta et hostias pacificas deo nostro. V. Cuius
in transeuntis tuam quam dominus datur e nobis edificate ibi altare
domino. Et offerte. Lectio. xij.
Quidquid se in xpo mane delet sicut ille ambulauit
et ipse ambulare. Quicquid in nobis impiae messe
deprehendimus. crebra uerbi illius audicione tergamus.
Quicquid nisi temptantis morbi uidelicet spiritalis
nos intimus uastare senserimus solite pietatis illius
munere postulemus emundari. R. Ecce iam nos praeter
tum. xl. annis ego dominus non sunt atta uestimenta tua. Ma
na de celo pluit nobis et obliti estis me dicit dnus. V. Popule meus
quid feci aut quid molestus fui tibi responde mihi quia eduxi te de
terra egypti. Manna. Secundum Johannem.
In illo tempore. Abiit ihesus transmare galilee qui est tyberia
dis. Et sequebatur eum multitudo magna quia videbant
signa quae faciebat super his qui infirmabantur. Subiit er
go in montem ihesus et ibi sedebat cum discipulis suis. Erat
autem proximum pascha dies festus iudeorum. Cum sublevasset
ergo oculos ihesus et vidisset quia multitudo maxima venit
ad eum dicit ad philippum. Unde ememus panes ut man
ducent hii. Hoc autem dicebat temptans eum. ipse enim
sciebat quid esset factum. Respondit ei philippus. Duce